Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

virgines cum suis omnibus comitibus per
decursum fluminis coloniam pretendunt.
Egresse in terram mox a carnificibus ve-
lut oves a lupis invadunt. trahunt
laniant. Et licet essent sevissimi ac
sanguinis avidi. videntes tamen tot vir-
gines pulcherrimas. ac miris modis
ornatas in stuporem versi rem ad tyran-
num detulerunt. Ille cunctas blande al-
locutus ut christum negarent. ac sue gentis
primoribus nuberent hortabatur. omnes
mundi delicias atque divicias promittens.
precipue tamen beate ursule quam magno o-
pere sibimet iungere affectabat. Sed
cum sic minime proficeret. terrores ac
supplicia intentabat. omni genere tormen-
torum illas puniendas si diis suis cele-
rius non immolarent. Tantam vero graciam christus
suis fidelibus contulit ut ex tanta multi-
tudine nec una quidem fuit que vel blandi-
entem respiceret. vel terrentem pertimesceret.
sed eodem vultu eadem constancia et ter-
rentem et blandientem deridebant. Tyran-
nus ille contemptum suum non ferens. universas
gladio feriri iubet. et celerius rem con-
fici circumfusis agminum militibus imperat.
Beatam vero ursulam uno ictu sagitte in
corde percussam. quasi tot preciosis monilibus
preciosum margaritum superaddidit. Ibi cum
beatus ciriacus papa cum sancto vincencio
cardinali presbytero. qui solus eum ex romano
clero suo fuerat secutus. et cum universis coepis-
copibus ibi cesarius martir. ibi cuncti qui
sanctis virginibus ministrabant martirio corona-
ti sunt. Ibi beata gerasima cum illa nobili qua-
driga filiarum. cui dignissimus auriga fi-
lius eius adrianus appositus est. ibi sponsus
beate ursule vere rex iam etherius una
cum matre demetria et sorore florentina.
et episcopo sancto nomine clemente gloria et honore

coronatus est. Nam cum beata ursula
roma digrediens. vix quinque dierum viam
profligasset. gloriosus rex etherius in an-
glica britannia consistens. divina voce
monetur. ut matrem demetriam fidei la-
vacrum suscipere suadeat. et ea assumpta
regine sponse sue ab urbe roma iam
regredienti obviam pergeret. cum qua
apud urbem coloniam glorioso fine cla-
rificaturus esset deum. Qui mox ius-
sis celestibus obtemperans. assumpta matre
parvulaque sorore florentina coloniam
pervenit. virgineasque rosas purpureo-
rum sanguinis fulgore decoravit. Omnibus
ergo triumphaliter occumbentibus quedam virgo
humane fragilitatis quodammodo pulsa in
alveo navis die illa delituit. Sequenti
vero die virtute sancti spiritus animata car-
nificibus ultro se obtulit. moxque gla-
dio percussa sodales suas ad celestem
gloriam subsecuta est. Non hoc reprehen-
det qui meminit petro humana ad-
huc sapienti a domino dictum. non cantabit
gallus donec me ter neges. qui me-
minerit quod salvator dicit. potestatem
habeo ponendi animam meam. et iterum sumen-
di eam. tamen ut hominem se probaret. et in-
firmioribus membris condescenderet. immi-
nente articulo passionis cepit pavere et tedere.
Forte etiam hec beata virgo de se aliquantu-
lum presumpserat. et ideo inclinata est ut
sublimius erigeretur. humiliata est ut
gloriosius exaltaretur ut deo diceret. Bonum
mihi quod humiliasti me. ut discam mandata tua.
Fuit hoc sive aliud quod quod nos latet
deo patet. ipsa beata virgo post annos plu-
res cuidam ancille christi sanctissime in [illegible]-
na incluse apparuit et an- se cog-
nosceret inquisivit. Cum illa nega-
ret. novisne me ait fuisse de numero